Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift

meos: et in phis mis nolite malig
nari. Et uocauit famem sup ter
ram: 7 omne firmamentum panis
contriuit. Misit ante eos uirum i
seruum uenundatus est ioseph. Hu
miliauerunt in compedibus pedes
eius ferrum pertransiit anima eius
donec ueniret uerbum eius. Eloq
ium domini inflammauit eum
misit rex et soluit eum. princeps
populorum et dimisit eum. Constitu
it eum dominum domus suae et prin
cipem omnis possessionis suae. Vt
erudiret principes eius sicut se
metipsum. et senes eius prudentiam
doceret. Et introiuit israel in egyp
tum: et iacob accola fuit in terra
cham. Et auxit populum suum ue
hementer: et firmauit eum super
inimicos eius. Conuertit cor eorum
ut odirent populum eius. et dolum
facerent in seruos eius. Misit moysen
seruum suum: aaron quem elegit
sibi. Posuit in eis uerba signorum
suorum et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: 7 non
exacerbauerunt sermones suos. Con
uertit aquas eorum in sanguinem:
et occidit pisces eorum. Eduxit ter
ra eorum ranas in penetralibus re
gum ipsorum. Dixit et uenit cy
nomia et cynipes in omnibus fi
nibus eorum. Posuit pluuias eorum
grandinem ignem comburentem in
terra ipsorum. Et percussit uine
as eorum et ficulneas: 7 contriuit
lignum finium eorum. Dixit 7 ue
nit locusta et bruchus. cuius non
erat numerus. Et comedit omne
fenum in terra eorum et comedit
omne fructum terre eorum. Et per
cussit omne primogenitum in terra eorum
primicias omnis laboris eorum. Et
eduxit eos cum argento et auro. 7
non erat in tribubus eorum infirmus. Le
tata est egyptus in profectione eorum qui
ceciderunt super eos. Et
pandit nubem in protectionem eorum
et ignem ut luceret eis per noctem.
Peccauerunt et uenit cotturnix et
pane celi saturauit eos. Dirupit
petram: 7 fluxerunt aque. abierunt
in sicco flumina. Quia memor fu
it uerbi sui sancti. quod habuit ad abraham
puerum suum. Et eduxit populum suum
in exultatione et electos suos in le
titia. Et dedit illis regiones gen
tium: 7 labores populorum possederunt
Vt custodiant iustificationes eius.
et legem eius requirant.

Confitemini domino 104
quia bonus quia in seculum misericordia
eius. Quis loquetur potentias domini auditas facietque omnes lau
des eius: Beati qui custodiunt iu
dicium: et faciunt iustitiam in omni
tempore. Memento nostri domine in bo
na placito populi tui. uisita nos in sa
lutari tuo. Ad uidendum in bonitate
electorum tuorum ad letandum in le
titia gentis tue ut laudetur cum
hereditate tua. Peccauimus cum
patribus nostris iniuste egimus iniqui
tatem fecimus. Patres nostri in egypto
non intellexerunt mirabilia tua.
non fuerunt memores multitudi
nis miserie tue. Et irritauerunt ascen
dentes in mare mare rubrum. Et
saluauit eos propter nomen suum.
ut notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum: 7 ex
siccatum est: 7 deduxit eos in abissis